



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XXXIV. Neapolitana fideicommissi de Lantaris. De concursu utriusque
sexus fœminini & masculini, in fœmininus ratione lineæ vel gradus vincat
masculinum, vel econtrà; Et quid ubi contemplata est ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ultra dictas portiones Ruggerii testatoris ac propriam, habebat etiam ad liberam dispositionem alteram portionem Petri & sic equaliter concurrebat cum aliis fratribus cum inæquali commodo, quoniam ipse clericus in sacris nihil sperabat; Et fortius quoad Petrum dictorum hæredum auctorem, qui nihil penitus ponebat, ac totum sperare poterat ut eventus docuit, unde nec legaliter, nec naturaliter dici potest quod dictus Petrus alias non contraxisset, atque ita est reficere proprio auctori & benefactori questionem potestatis, quod est in jure prohibitum ad text. in l. lex conductio C. locati, cuius dispositionem receptissimum est locum habere in omni materia ex latè collectis per *Adden. ad decis. 420. par. 4. rec. tom. 2. num. 50. & seqq.* atque his questionibus non satisfaciunt, ideoque intellectus non acquievit.

- 10 De doctrina Molinæ, quod etiam in feminis renovatio ficta seu artificialis familia procedat solum in Hispania, non in Italia.
- 11 De diversis moribus Hispanie in his materiis, ac tunc denter recensentur casus alterius controversie.
- 12 De verbo parenti, & parentela.
- 13 Testator censetur disposuisse juxta usum loci in testatur, quod declaratur & preferitur de quantitate, que moneta attendi debet in testamento missum inciperet à femina.
- 14 An cesset contemplatio agnationis ex eo quod testator ante factum casum successorem artem effecti sunt agnati preferendi, seu magis cognatis proximioribus, & de linea primæ agnationis agnati & de familia.
- 17 De alia questione postmodum excitata in hoc commissio.

DISC. XXXIV.

NEAPOLITANA FIDEICOMMISSI DE LANTARIS

PRO
FRANCISCO SERSALE LANTARO
CFM
MARCHIONISSA FRANCISCA
CARACCIOLA.

Casus decisus per Sac. Consilium Neapolitanum pro Francisca.

De concursu utriusque sexus feminini & masculini, an femininus ratione lineæ vel gradus vincat masculinum, vel e contra; Et quid ubi contemplata est agnatio. Et quatenus agnati veri vincant feminas vel cognatas, non obstante prærogativa lineæ, vel gradus, An id procedat in illis cognatis, qui de tempore facti casus jam per artem effecti erant agnati.

An ficta seu artificialis renovatio familiæ de tur in femina cognata, quæ sit successibilis in fideicommissio habente hoc onus.

SVM MARIVM.

- 1 **F**acti series.
- 2 Resolutio causæ.
- 3 Rota edit decisiones reddentes rationem de ejus resolutionibus, quod non faciunt alia Tribunalia, & de differentia inter decisiones Rote, & illas aliorum Tribunalium.
- 4 De ratione ob quam decisiones Rote revocantur.
- 5 Reciproca regulariter intelligenda est discretivè in qualibet linea, non autem de linea ad lineam.
- 6 Femina linea admissa preferuntur masculis alterius lineæ.
- 7 Etiam si ad sit dictio semper.
- 8 Limitatur conclusio de qua num. 6, ex conjecturis præsertim ubi contemplata est agnatio.
- 9 Contemplatio agnationis resultat ex præcepto fictæ renovationis familiæ.

Ioannes Petrus Lantarus vir nobilis, sed bene literatus, satis prolixo, ac rudi & grossolano modo ordinato ejus testamento, instituto hæc Francisco Antonio unico filio masculo, ipsiusque filiis morientibus absque filiis substituit Hieronymam, Juliam, Dorotheam & Isabellam filias, sæculo tamen nuptas vel nubendas, moribus exclusis, vel præmortuarum filios, cum præterea ut isti eorumque descendentes ejus cognatione insignia assumere deberent, & cum stricta prohibitione alienationis, adjecta ratione, quod intentio est, hæreditatem ac bona perpetuo servari cum ordine prædicto in universa ejusque stirpe in infinitum feminis semper exclusis præter masculos, cum reciproca etiam expressa & altera rem non facientibus.

Obit masculus absque prole, unde substitui locum habuit in dictis quatuor filiabus in hæc jam nuptis, defunctoque Octavio filio Julii defunctæ, hæc portio in vim reciproca devenerat alias res vel earum respectivè præmortuarum filios. Ex Hieronyma verò fuerunt superstites Philippus & Clara, atque sequuta morte Philippi sine prole orta est adamussim eadem controversia, quæ inter fratres, quoniam Carolus Caracciolus filius Dorotheæ & Franciscus Sersale filius Isabelle præterea devenerunt in vim reciproca dictam portionem devenerunt ad eos pertinere exclusa Clara dicti Philippi sine prole sed controversia sopita fuit per concordiam defuncto autem deinde dicto Carolo pariter absque prole, orta est eadem controversia, inter dictam Franciscam, & Franciscam dicti Caroli sine prole, & introducta causa Capriolæ Marchionissæ, & introducta causa Sac. Consilio Neapolitano post plures annos, quibus disputata fuit, de anno 1667, non abest aliqua votorum discrepantia prodiit sententia Franciscæ reæ conventæ favorabilis, decernens ad bona controversia spectare, in gradu reclamationis junctis duabus Aulis eodem anno confirmata & in qua secunda reclamationis disputatio, ex parte Francisci consultus fuit.

Incertum est, qualia essent dictæ resolutionis fundamenta, dum illud magnum Tribunal non subiacet necessitati reddendi rationes de omnibus ejus resolutionibus, ut ex necessitate inducitur, ac etiam per Apostolicas Constitutiones Pii IV. & Pauli V. facit Rota Romana, ac etiam factis pleraque Italia Tribunalia, præsertim in Rota, Florentina & Senensis, ac etiam in Lucensis; Licet enim dicti Sacri Consilii

multas habeamus doctissimas decisiones, nempe
affici decisionarium magistri, *Cassio Grammatici*,
doctissimi & celeberrimi *Francisci Gizzarelli Minadoi*
Capic Latr. & Sanfelici, Actamen sunt privati labo-
res alicujus Consilarii, qui inter plures, aliquas
notabiliores causas eligendo, ut plurimum post eas
jam sopitas, & per modum privata annotationis
decisiones edunt, ut etiam in Senatu Subaudiæ ege-
runt uterque *Theaur. Cacheran. & Faber*, & in
Mantuanæ *Surdus* cum similibus; Et sic non est illa
præcisâ necessitas, qua in Rota causâ Ponens seu
Commillarius premitur super quacunq; resolu-
tione dubii etiam circa incidentia & ordinatoria
edere decisionem tanquam per speciem motivo-
rum, seu voti extrajudicialis, reddendo resolutio-
nis rati nem, Unde propterea provenit tanta deci-
sionum copia, earumque frequens sed necessaria
revocatio, quæ ignaro vulgo utpotè nescienti sty-
tum atque credenti, quod decisiones essent sententiæ,
admirationem vel scandalum præbet; frequentius
enim sunt decisiones una tantum parte informantæ
& cum minus veris facti præsuppositis quibus in re-
propositione elucidatis recedere oportet.

Supponebatur tamen resolutionis motivum fuis-
se deficientiam reciproca linearis, quod scilicet re-
ciproca per testatorem expressè ordinata intelli-
genda veniret discretivè inter descendentes de
qualibet linea, non autem de linea ad lineam, &
juxta receptam regulam, de qua *Seraph. celebri de-
cis. 1023.* & pluries infra in hac materia reciproca
linearis, idque nimium suadebat tenor sententiæ,
dum nulla facta mentione fideicommissi, vel juris
filiorum masculorum quos dicta Francisca habebat,
eaque enunciata tanquam dicti Caroli fratris hære-
de, simpliciter dicitur bona controversâ ad ipsam
spectare.

In disputationibus autem duo fuerunt puncti
seu inspectiones; Primò scilicet super dictâ recipro-
ca lineari, an illa adesset necne, vel potius ut supra
intelligenda esset discretivè inter descendentes cu-
juslibet lineæ. Et secundò an posita dicta recipro-
ca lineari, vocatio masculorum relativè ad feminas
exclusas intelligenda pariter esset discretivè in qua-
libet linea, ita ut feminæ de linea admittæ præfe-
rantur masculis de altera linea, vel potius econ-
versò.

Super primo puncto non fui requisitus, eo quia
etiam scribentes pro Francisca rea conventa in illo
quamvis in mente Iudicum existente, non insiste-
bât, sed potius dabant manus magis, atque reciproca
linearem admittebant ex eo prudentiali motivo,
quod cum Francisca actor prole carens de illa ve-
rissimè desperatus esset, E conversò Francisca
rea conventa plures haberet filios masculos, ita
expediabat dictam reciprocam sustineri ad effe-
ctum obtinendi ejusdem Francisca portionem, ut
de facto, sequuta illinc ad triennium ejus morte,
talis præsentio excitata fuit, se opponendo præ-
ambulo per ejus hæredem conficiendo, incertum
tamen est quid desuper sequutum sit.

Quatenus igitur pertinet ad secundum punctum,
an scilicet stante expressâ vocatione masculorum
cum exclusione femininarum, id intelligeretur in
concursum inter masculos ac feminas ejusdem li-
næ discretivè vel potius masculi alterius lineæ ex-
cluderent feminas superfites ex ultimo masculo
de linea admittæ; Ego pro clariori magisque me-
thodica resolutione hunc punctum subdividue-
bam in duos alios, Unum scilicet quid dicendum
esset, ubi iste concursus esset cum masculis agna-

tis veris, Et alterum, quid ubi, defecta agnatione
vera & materiali, concursus est cum masculis cog-
natis, adhuc tamen vigente ratione contempla-
tionis agnationis artificialiter renovandæ stante
præcepto testatoris assumédi cognomen & insignia.

Quoad primum, regula assiltebat feminis lineæ
admittæ, ut illæ in bonis, quæ in propriam lineam
ingressa sunt, excludant masculos alterius lineæ,
quamvis ordo prælationis inter utrumque sexum
per testatorem expressè adjectus esset, quoniam in-
telligitur discretivè, & in propria linea, ex regula
6
7
8
9
10
ubi id firmat etiam si adesset dictio, *semper*, de qua
dictione, ut non obstat feminis, licet in diverso ca-
su, habetur per *Rotam apud Rojas decis. 90. & decis.
249. par. 7. rec.* cum aliis plenissimè relatis per *Cas-
sill. lib. 5. controv. cap. 93.* ubi cum ejus elaboratissi-
mo, quamvis non multum felici stylo serè omnes
cumulare profiretur, & juxta quam regulam sæpius
ac sæpius in plerisque causis obtinui vel pro veri-
tate respondi pro feminis lineæ admittæ, aut scri-
bendo in contrarium succubui, quoniam cessanti-
bus conjecturis ex quibus resulter limitatio, de
regula non dubitatur, ideoque dictæ aliæ causæ
non sunt adnotatione dignæ, cum nullæ con-
currerent conjecturæ limitationem suadentes.

Verum quia sicuti vera, & recepta est regula, ita
certa est limitatio ex conjecturis, inter quas illa po-
tissima fatisque efficax reputatur, ubi contem-
plata est agnatio, ut in terminis fortioribus fidei-
commissi transversalis, cæteris relatis *Cutell. decis.
29. Casanatt. cons. 47. nu. 5. cum seqq. & num. 121.
cum seq. latè & magistratè Rota in Terracinen. fi-
deicommissi de Pilorcus coram Ghisler. decis. 183. par.
10. rec. & in eadem coram Ottob. inter suas decis. 177.*
ac fatis frequenter in aliis, multò magis in fidei-
commissi ascendenti, in quo receptissimum est
longè minores conjecturæ sufficere, ut infra
in proposito reciproca linearis, ac etiam ad
alios effectus puta vocationis filiorum in condi-
tione positorum cum similibus, fatis frequenter ha-
betur de hac distinctione, idcirco omninò planum
remanere videbatur, quod ubi iste concursus esset
cum masculis agnatis, pro istis potius responderi
debuisset.

Hinc proinde difficultas restringi videbatur ad
secundam inspectionem; Siquidem scribentes in
contrarium hæc admittebant ubi ageretur de dicto
concursum, secus autem in hac facti specie, in
qua actor non erat agnatus, sed cognatus æquè
fidei familiam assumpturus; Atque respondentibus
scribentibus pro actore id nil referre dum testator
cognatos contemplatus est potius tanquam ag-
natos ob onus assumendi cognomen ac insignia,
unde de plano resulter contemplatam esse agnatio-
nem ex latè collectis *decis. 95. par. 11. rec. & sæpius in
precedentibus*; Replicabant quod etiam in femina
practicari potest hujusmodi artificialis renovatio
familix ex speciali auctoritate *Molina de primogeni-
tura lib. 2. cap. 14. num. 9.* circa quas magna fuit al-
tercatio, atque voluminosa scripta juxta stylum
hincinde edita fuerunt.

Verum mihi videbatur levissimum ac forte con-
tempibile fundamentum, præsertim in Italia, stan-
tibus ejus receptis moribus ex juris communis Ro-
manorum dispositione non dandi renovationem

vel continuationem familiæ in femina quæ licet ubi naturaliter est de familia, non desinat esse agnata, est tamen finis agnationis vel familiæ, quàm non transmittit in posteritatem, quinimò de facto neque vivens eam retinet, & sic id clarè adversatur communi usui hujus regionis, ac verisimili voluntati testatoris, quæ dicto usui conformis censenda est; Dicitur verò Molina procedit in Hispania ex illius regionis moribus ac usu, quod filii nedum matris, sed etiam avix vel abavix familiam pro libito vel oportunitate assumere solent, neglecta familia patris, ut advertit idem Molina & observant de Marin. dicta resol. 126. num. 12. & Rota decis. 319. num. 4. par. 1. rec. & melius dicta decis. 95. par. 11. rec. num. 12. in fine, alias decis. 17. post censal. ad Peregr. ubi in specie ita respondetur ad dictam doctrinam Molina, ac advertitur etiam infra disc. sequen. super verbo, cippo, seu trunco, quod longè, differunt mores Italiae ab illis Hispaniæ.

Hinc proinde in una Fanen. bonorum disputata coram A. C. seu Prælo deputato inter Paulam Lopez, & illos de Camerinis, super dispositione Petri Camerini Fanensis diuturni domiciliarii Madriti occasione officii Secretariatus Nuntiaturæ; Cum hic in testamento, hispanico idiomate concepto, moriente ejus filio sine filiis substituisset *los parientes*, in bonis patriæ, dicto casu sequuto, orta est controversia inter quosdam transverfales, & Paulam testatoris neptem ex Catharina filia præterentibus actoribus, quod ita vocati essent agnati exclusi feminis, utpotè non aptis conservare agnationem, quod ego scribens pro Paula parum subsistens dicebam ex pluribus fundamentis, præsertim quia verbum, *parente*, licet in jure civili & apud antiquos linguæ latinæ professores non conveniat, nisi patri vel matri, aut alteri ascendenti, attamen ex corrupto loquendi usu convenit quibuscumque quomodocunque etiam remotis atinentibus sive per agnationem sive per cognationem etiam in Italia ex collectis per Fusar. quest. 365 cum sequen. Et de verbo *parente* habetur in Romana protectionum sub tit. de præminentis disc. 13. Multò magis in hispania, ubi cessant rigores Italiae ut supra, & juxta quos mores præsumptio est testatorem disposuisse, ex deductis per Merlin. dec. 447. alias decis. 355. num. 12. cum sequen. par. 5. rec. potissimè quia cum longissimo domicilio ac uxore ducta & filiis procreatis ibi domiciliarius effectus erat, undè non intrabant illæ difficultates, quæ habentur in Romana legatorum de Ludovisus sub tit. de Legatis super puncto, an legata quantitatis relicta in tot scutis in testamento per Italum accidentaliter commorantem in Insula Sardinia hispanico idiomate testantem, intelligenda essent de scutis illius regionis, vel de illis Urbis, & ibidem habetur etiam de altera causa Bononien. de Dostis, ac de decisionibus in ea causa editis sub diebus 23. Januarii, & Junii 1669. coram Emerix, an legatum quantitatis factum per Bononiensem extra patriam in tot scutis intelligendum esset de illis Bononiæ, vel de illis Urbis de qua causa eod. tit. de legatis.

Institabant etiam scribentes pro femina, quod difficultas contemplata agnationis urgere posset, quando ageretur de fideicommissis masculino, quia nempe dispositio in masculinum ejusque posteritatem directa esset, secus autem dum agebatur de fideicommissis feminino, si non activè, saltem passivè, dum femina vocata erant atque constituta stipites futura descendenda

replicabam tamen, etiam in sententia, istam esse optimam considerationem pro excluenda contemplatione agnationis, quod incertum est, an testator illam contemplata fuerit necnè, quoniam juxta Italiae mores mores feminarum explicita vel implicita reserpta solet magna præsumptio seu magnum argumentum pro exclusione hujusmodi contemplationis sed ubi illa est certa in verbis, vel ratione, ubi oneris renovandi familiam, tunc hujusmodi consideratio nullius est momenti, quoniam femina consideratur tanquam scutigo, seu scutigo, à qua proveniant masculi agnationem renovaturi, quæ femina non est cognata, seu agnata juxta plures casus, de quibus supra disc. 28. & 29. cum pluribus seqq. Et sic posita reciproca linea, per cujus existentiam verè cadebat difficultas, quoniam videbatur bonum jus masculi, quoniam masculinum in proposito, & quoad substantiam consideratum videatur tanquam unum & idem abque linearum distinctione, ac juxta illam sententiam, quæ consideratur infra in Romana palatii de prænica disc. & in aliis.

Præsupposita igitur dicta reciproca, Ego meo judicio, attento contextu testamentarum explicita exclusionem feminarum, existentibus masculis, credebam certam esse exclusionem feminæ. Verùm difficultatem mihi inferebat existentia masculorum ejusdem, quoniam cum omnes essent cognati, ac de extraneis familiis, sicut seu specialiter familiam renovaturi, ita ut non major ratio in unis quàm in aliis, juxta ea, quæ ter masculos ex feminis mediatos & immediatos habentur supra disc. 28. & 29. cum seq. de sequenti resultabat, quod data æqualitate feminæ provalere deberet prærogativa lineæ & altera gradus.

Pro isto motivo evitanda dicebam, scribens causæ opportunitatem, quod id rectè procederet quando omnes essent in statu agnationis æquales concurrentes ad hanc successionem, ac familiam æqualiter per artem renovaturi, cum tunc de paritate in lexu & cognationis qualitate, lineæ intraret dicta prærogativa gradus & lineæ; Sed autem in hac facti specie, in qua actor longè ante factum casum hujus successionis, occasione dendi in portione propriæ matris, familiam præsumperat, atque de illa effectus erat, cum esset consistat in ipso instanti, quo hæc assumptio fitur, ea verò jam sequuta & consummata, habent sic allesti tanquam veri agnati perinde, ac si nati naturaliter essent de familia, ex deductis per dicta decis. 29. num. 9. cum sequen. Gratian. disp. 930. num. 14. Rovit. consil. 27. & 28. lib. 1. Nova dec. Florent. 71. & 72. & in Rota decisionibus illius registratis cum aliis in dicta Rom. Protæstionum sub tit. de præminentis disc. 13. Et consequenter quod tempore facti casus hujus successionis conceptus non esset inter aquè cognatos, sed inter agnatos & cognatos.

Verùm motivum quamvis in acumi e acilio jure videretur sustentabile, attamen reflectenti ad veritatem non captivabat intellectum, quoniam quomodocunque dicatur, semper est ars & ingenium & consequenter si per eandem viam æquè haberi potest intentum, ac impleri voluntas testatoris, in proximioribus ac in linea prædicta, quam bona ingressa sunt irrationabilis rigor esset ista subtilitate eos excludere ob remotiores de linea diversa.

Ideoque certioratus de nova præsentatione

DISC. XXXV.

supra excitata per dictam Franciscam, vel ejus filios in postmodum defecta portione dicti Francisci actoris, Respondi per litteras familiares, impossibile videri, quod per idem Sac. Consilium absque manifesta contradictione hujusmodi præsentio admittenda esset, dum præfata resolutiones declarantes bona spectare ad dictam sceminam, aliud fundamentum habere non poterant nisi jam dictum cessantis reciproca linearis, qua posita, illa omnino improbabilis fuissent, quoniam successio decerni debuisset, vel dicto Francisco actori, vel præfatis filiis masculis dictæ sceminæ reæ conventæ, non autem sibi litteraliter exclusæ, & cujus respectu etiam in portione propriæ linearis, in qua reciproca erat expressa & litteralis, cadere poterant ea qua favore masculorum ex sceminis contra matrem & amitam ex dec. Ancharani habentur supra discursu. 11. Imò magis de plano, cum de tempore mortis Caroli ultimi masculi, jam procreati essent ac existeret masculi ex ipsa scemina, quo casu dicta decisio Ancharani procedit sine dubio, cū probabilis difficultas intret, quando filii superveniunt post jam delatam ac effectum sortitam successione in matre, de qua repellenda agatur, juxta casum, de quo dicto discursu. 11. quæ tamen deducta non fuerunt utpotè extra casum controversiæ, quoniam ad actorem non pertinebat de his quætere.

ROMANA ASSOCIATIONIS

PRO

CÆCILIA ANDREASSA

CVM

DAMIAMO PARITER
ANDREASSO.Casus disputatus in Foro Capitolino sub
incerto exitu.

De eadem materia concursus sceminæ proximioris cum masculino remotiore; Et sub nomine cippi qui veniant, Et An sceminæ sub eo comprehendantur.

SUMMARIUM.

- 1 **F** Alti series.
- 2 Referuntur opinioneshinc inde, an sub nomine cippi veniant scemina.
- 3 Datur distinctio an sit contemplata agnatio.
- 4 De pluribus circumstantiis excludentibus contemplationem agnationis.
- 5 Ab exclusione filiarum primi gradus ob filios masculos, non inferitur ad contemplationem agnationis.
- 6 De alio casu, in quo concluditur, sub vocabulo cippi venire etiam feminas, vel cognatos.
- 7 Cippus est idem, ac truncus, & quid significet.
- 8 De nominibus Hispania super hoc vocabulo.

Testator constituta dote Cæciliæ filia, instituit unicum filium masculum, cui morienti sine filiis substituit cippum seu illos de cippo, aliquibus prohibitionibus dicto hæredi factis, in casu conventionis substituit dictam filiam, inter quam, & Damianum testatoris ex fratre nepotem, orta est controversia super dicta substitutione, cujus casus factus est per mortem hæredis absque prole; Et introducta causa in foro Capitolino, difficultas restringebatur ad punctum, an sub nomine cippi veniret necne scemina in concursu masculi agnati, cum posita comprehensione, resultaret de plano ejus prælatio, dum erat proximior gravato & gravanti, ac erat filia testatoris habens qualitatem descendivam vel suitatis in concursu cum collateralibus, qui jure extraneorum censentur.

In hoc autem scribens pro dicta Cæcilia, dicebam quod licet ob pugnam inter scribentes, ista videatur nimium controversa quæstio, Affirmativam favore sceminæ ceteris tenentibus, *Tob. Non. conf. 41. num. 28. Paris. conf. 35. & per tot. & conf. 47. num. 10. cum sequen. lib. 3. Cephal. conf. 53. nu. 86 lib. 1. Negativam verò latè Honded. conf. 75. lib. 1. Vivi decis. 10 Mantie. de conjectur. lib. 12. tit. 8. num. 16. & ceteris, qui omnes referuntur per Fusar de substit. qu. 348 atque hæc secunda videatur magis communis & recepta per Rotam, ut apud Mantie. decis. 351. decis. 518. par. 4. rec. tom. 3. decis. 139 & 388. par. 9. rec. in Spoletana fideicommissi 19. Februarii 1647. & 19. Junii 1648. Arguelles, & in aliis.*

Attamen veritas residere videtur in distinctione, quod aut constat testatorem habuisse rationem conservandi agnationem, & tunc omnino verior sit hæc secunda opinio contra sceminas, aut de hoc non constat, & tunc si masculus & scemina sunt omnino æqualis conditionis, & probabilius etiam pro masculino responderi debeat, certius verò si adellet itatutum exclusivum, ob quod masculus sceminam excluderet ab intestato; Si verò resultaret absurdum, quia nempe ageretur de concursu collateralium cum filiabus vel descendens tibus, & tunc secus, ut admittitur per eundem Honded. acerrimum defensorem opinionis excludentis sceminas dicto conf. 75. num. 29. & deducunt Gravian. discip. 491. num. 4. cum sequen. Adde. ad Burat. decis. 755. in fine, atque per argumentum à contrario apud Mantie. dicta decis. 351. num. 3. ac admittitur in dictis decis. 139. & 188. par. 9. & in supra allegata Spoletana coram Arguelles, in quibus hæc distinctio canonizatur, unde propterea advertendam, quod etiam ista quæstio, adinstar ferè omnium aliarum est potius facti & applicationis quam juris, pendens à dicta circumstantia contemplatæ agnationis.

Applicando autem ad rem, mihi videbatur, etiam cum aliquo sensu veritatis, talem contemplationem non adesse ex pluribus, quæ licet singulariter ac distinctæ difficultates paterentur, concludere tamen videbantur cum regula semper ac perpetuò in istis ultimarum voluntatum quæstionibus intrante, ut singula quæ non prosunt. &c.

Primo siquidem, quia testator in conditione posuit filios gravati sim, liciter, nulla desiderata qualitate masculinitatis, quod quotidie receptum habemus esse unum ex argumentis, & conjecturis talem contemplationem excludentibus juxta receptum

Rub.

LUCA
de
argumentis
teat
CVI
9